





Pri. 56. *missa*. 24.

5

*6*  
DISSERTATIO IURIDICA INAVGVRALIS  
DE  
**TRANSVBSTANTIATIONE**  
**TESTAMENTORVM**  
IVDICIBVS HAVD PERMISSA

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO**  
HASSIAE LANDGRAVIO ET PRINCIPE  
HEREDE  
DIVINIS AVSPICIIS  
CONSENSV  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
PRO GRADV DOCTORIS  
CONSEQVENDO  
ACADEMIAE PROCERVUM EXAMINI  
DIE II. FEBRVARII CICLOCCCLVIII.  
S V B M I T T I T  
AVCTOR  
**IOANNES GUILIELMVS FRANCKE**  
BREITENBACENSIS HASSVS.



MARBVRGI CATTORVM

TYPI PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI  
ACAD. TYPOGR.



JOANNES GALLIENIUS TRACKE

MARGARET CATTONI

LUDV. PIRNELL. C. DE JESUIT. M. BAPT.

ACAD. ACADEM.

DISSESTATIO IN RICINA INCONCILIABILIS

DE TERTIAMENTORUM

JUDICIAS HABEND PERMISSIV

MENTE

RECDGE MAGNIFICENTISSIMO

SARVATISSIMO PRINCIPAE AC DOMINO

DOMINO ERIDERICO

HASSAE LUGGAVIO ET PRINCIPE

HERBOS

DIUINI VATICANE

CONSEN

IMMUTABILIA

PRO GRADA DECIONE

CONFEDERANDO

ACADEMIA PROGERIUM IMAKINI

LIBERARIAE QDSCONT

ACADEMIA



Q. D. B. V.

§. I.

**S**ubstantia, quamuis a Philosophis tam veteribus, quam recentioribus diuersimode definiatur, tamen coarguendus esset, si sicco pede praeterire cogitarem, quae ad praesentem discussionem quidquam conducent. Qua de re necesse est, dum transubstantiatione occupatus sum, ut notio de substantia subiungatur: Veterum scholas, si consulimus, sub ea, *ens*, quod in alio tanquam *in subiecto non existit*, intellexerunt. IO. PAVLVS HEBENSTREIT *in philosophia prima cap. III. th. 2. pag. 243. sqq.* e contrario recentiores, *id*, quod *in re ut perdurable concipi potest*, substantiam vocarunt. IOACHIMVS GEORGIVS DARIES *in Institutionibus Iurisprudentiae uniuersalis part. special. sect. II. tit. III. §. 446. pag. 284. Conf. CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF in metaphysica cap. II. §. 33. pag. 18. sqq.*

§. II.

Transubstantiationem quod adtinet, in sensu  
A gene-



generaliori sequentem in modum definiendam esse, exigitimo, quod sit *vnius substantiae in nouam substantiam facta mutatio.*

### §. III.

Quod transubstantiatio in iure canonico quoque occurrat, scimus cum ignarissimis, verum, cum mei non sit, diffusa desuper proferendi, eam ob rem mihi saltem licebit, quosdam tum intuitu Protestantium, tum respectu Pontificiorum, qui de ea lucubrations reliquerunt, recensendi, quorū pater ANACLETVS REIFENSTVHL in iure canonico vniuerso lib. I. tit. I. §. 5. num. 132. sqq. pag. 72. IOANNES HARDVINVS in collectione conciliorum tom. VI. P. II. pag. 1761. IVSTVS HENNING BÖHMER in iure ecclesiastico protestantium tom. III. lib. III. tit. XLI. §. 10. pag. 719. sqq. IOANNES GEORGIVS PERTSCH in elementis iuris canonici lib. II. tit. VI. §. 653. pag. 401. referri merentur.

### §. IV.

Ne autem ratione careamus, quare hac voce in designanda dissertatione vñi sumus, et quomodo transubstantiatio hic quoad testamenta sumatur, eam ob causam sub ea intelligimus, mutationem testamenti iure a liberis progenie legitima destitutis ob praeteritionem parentum non conditi a iudice propter adiectam clausulam codicillarem in vim fideicommissi factam:

### §. V.

Quibus praemissis, iusta methodus omnimodo expicit, vt res, quae illustranda venit, cum omnibus ibi occurrentibus, prout decet, iuxta principia eruantur:

tur: quod, vt fiat, summopere necesse est, vt adaequa-  
ta de testamentis idea formetur, quam, si ad animum  
vocamus, diffitendum non est, ICtos admodum in ea  
indaganda dissentientes deprehendi; sic vario modo  
definiunt testamentum, quod sit *ultima voluntas, quae*  
*heredis institutionem continet*: Iterum, *testamentum est*  
*solennis voluntatis declaratio, de eo, quod quis post mortem*  
*suam fieri velit.* L. I. D. qui test. fac. poss. GEORGIVS  
ADAMVS STRUVIUS in iurisprudentia Romano Ger-  
manica forensi lib. II. tit. XV. §. 4. pag. 176. 10. GOTTFRIED  
LIEB HEINECCIVS in elementis iuris ciuilis secundum  
ordinem institutionum lib. II. tit. X. §. 490. pag. 132.  
Ast haec, quamvis communes fere audiant, tamen ad  
palatum non sunt, in primis, quando posteriorem spe-  
ctamus, utpote in qua heredis institutio, vt basis et fun-  
damentum testamenti, penitus deest.

## S. VI.

Quae iam dicta me incitant, vt definitionem 10.  
GOTTFRIED SCHAVMBVRGII in annotationibus ad  
Struuium lib. II. tit. XV. aph. 4. pag. 347. de testamen-  
tis, sine praiejudicio auctoritatis, mihi conciliare stu-  
deam, quae ita sonat, *testamentum est lex priuati ho-*  
*minis, heredi dicta, de eo, quod post mortem suam fieri*  
*velit.* Cum iisdem conceptibus plerumque coincidit,  
quae laudatus SCHAVMBVRGIVS in compendio D.  
lib. XXVIII. tit. 1. §. 5. pag. 175. subiunxit, meam-  
que confirmat sententiam Nou. XXII. cap. 2. et MAR-  
CVS TVLLIVS CICERO Philipporum orat. II. cap.  
XLII. pag. 1381. editionis Ernesti, quippe ex quibus  
non solum elucescit, cur lex vocatur, sed etiam eo

A 2

ipso



ipso intima iuris Romani in huiusmodi vltimis dispositionibus enucleantur. ANTONIVS SCHVLTINGIVS  
in *Iurisprudentia antieustiniana* pag. 599.

### §. VII.

Deinde propositionem tuemur, quod in arbitrio eius, qui liberam de bonis suis disponendi facultatem habet, positum sit, an ab intestato decidere, an vero testamentum condere velit? Posteriori contingente, iuris periti non solum est, in illud inquirere, quid sit testamentum, quis testamenti factio*n*e actiua et passiva gaudeat, et in quoniam solemnitates internae et externae consistant, sed etiam, ut dispositions vltimas ex suis fontibus eruere sollicitus sit. SCHVLTINGIVS l. c. pag. 93., ibique CAIVS Inst*it*. L. II. tit. II. pr.

### §. VIII.

Quod olim duo genera testamentorum exstiterint apud Romanos, quorum alterum in procinctu, alterum in pace conditum fuit, recte docuit IVSTINIANVS §. I. Inst*it*. de testam. ordinand. praeses parlamenti Parisiensis BARNAVAS BRISSONIVS de formulis populi Romani lib. VII. pag. 586. seq. SCHVLTINGIVS l. c. pag. 627. LÜDER MENCKEN in *vsu theoretico practico institutionum Iustinianearum lib. II. tit. X. §. I. pag. 124. CORNELIVS van BYNKERSHOECK in obseruationibus iuris Romani lib. II. cap. II. pag. 113. et quidem in pace fiebant testamenta in comitiis calatis, seu concione populi, praemissa procul dubio solemnni rogatione a testatore ad populum praefentem directa. Velitis inbeatiss Quirites, ut L. Titius L. Valerius tam iure legeque heres sibi sit, quam si eius filius familiias,*

❧ ♦ ❧

lias, proximus agnatus esset, haec ita, ut dixi, ita vos  
Quirites rogo. IO. GOTTLIEB HEINECCIVS in syn-  
tagmate antiquitatum Romanarum lib. II. tit. X. §. 2.  
pag. 503. flas. turulodes IIX. II. abrl. 1659  
munitio tunc et si vnu. §. IX.

Immo extra omne dubium positum est, quod testa-  
menta in pace fuerint condita in comitiis calatis; pro-  
uocare licet ad §. 1. *Inst. de testam. ordinand.* vbi ipsissi-  
ma verba §phi sequentis sunt commatis: sed ut nihil ant-  
iquitatis penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem  
duo genera testamentorum fuisse in usu, quorum altero  
in pace et otio utebantur, quod CALATIS COMITIIS  
appellabant, altero, cum in proelium exituri essent, quod  
procinctum dicebatur. Concordat THEOPHILI Pa-  
raphrasis ad lib. II. tit. 10. *Inst. de test. ord.* pag. 240.  
editionis Boehmeriana in 4to, vbi haec verba leguntur:  
*Testamentum CALATIS COMITIIS tempore pacis fie-  
bat bis in anno hunc in modum: Praeco vniuersam cir-  
cumibat ciuitatem conclamans, et totus populus congre-  
gabatur, et ita, qui volebat teste populo testamentum fa-  
ciebat.* Ex his luculenter apparat, meam sententiam  
non solum in legibus esse fundatam, sed etiam erudit-  
orum virorum assensum propterea mihi polliceri posse.  
(§. 8.)

§. X.

Testamentum in procinctu siebat a militibus in  
praedium ituris, cinctu Gabino induitis, absque so-  
lemnitatibus, non tantum, prout nonnulli sibi per-  
suadent, quod iura illis ignorare permissum erat,  
sed, ut ad militiam introeundam, quam Romani  
haud raro subterfugere conabantur, allicerentur. PLV-

A 3

TARCHVS



TARCHVS in CARIOLANO pag. 217. THEOPHILVS  
l. c. pag. 241.

### §. XI.

Postea latis LL. XII. tabularum, testamenta in calatis comitiis exolevisse videntur, in iis enim cautum erat: *Paterfamilias uti legasset, super familiae pecuniae tutelaeue suae rei, ita ius esto l. 53. D. de V. S. pr. instit. de L. falcid. Nou. XXII. cap. 2., IANVS VINCENTIVS GRAVINA in originibus iuris ciuilis lib. II. §. 40. p. 197.* ideoque quibuslibet testamenti factione actiuia gaudentibus, quali olim ciues Romani erant instructi, facultas testandi pro vicissitudinibus temporum competuit.

### §. XII.

Successu temporis vero testamenta per aes et libram i. e. per mancipationem imaginariam inualebunt, de quibus IMPERATOR IVSTINIANVS §. 2. Inst. de testam. ordinand. vltiora protulit vid. THEOPHILVS l. c. pag. 240. sqq. HEINECCIVS l. c. lib. II. tit. X. §. 14. pag. 512. BRISSONIVS l. c. pag. 535. SCHVLTINGIVS l. c. pag. 627.

### §. XIII.

Aliud postea testamentorum genus sensim receptum est, vi cuius iure ciuili omisso actu mancipacionis, septem testes exigebantur, quorum quinque populum, sextus familiae emtorem, et septimus libripendem repraesentabat, quibus solemnitatibus praetor signorum additionem apposuit, et hoc more adhuc hodie vivimur, nisi summus Imperans aliud quid ordinavit, vel testato decedens minus solempne testamentum



tum struere valet. SCHVLTINGIVS l. c. pag. 627.  
IACOBVS GOTHOFREDVS ad L. I. cod. Theodos.  
de testam. et codicill. IACOBVS CVIACIVS in obserua-  
tionibus et emendationibus lib. XIV. cap. XII. pag. 473:

#### §. XIV.

His ex iure Quiritario praemissis, iniucundum  
haud erit, quaestionem mouendi: vtrum veteres Ger-  
mani vsum testamentorum agnouerint? si itaque dicen-  
dam, quod res est, non immerito illam negamus, si  
tempora antiquissima intuemur. IO. ADAMVS KOPP  
de testamentis Germanorum sub dio conditis, ungehabt  
und ungestabt per tot. Hic enim non incongrue sta-  
vit: vsum testamentorum penes Germanos veteres  
fuisse nullum, quia status illorum politicus hoc non to-  
lerauit, siquidem inter omnes in historia perantiqua  
versatos constat, quantis bellis cruentis, tum Romani,  
tum Germanicae gentes, erga se intuicem implicati  
fuerunt, et quanta tyrannide Teutones in captos pa-  
tronos causae saeuierunt. Petamus modo aetatem Iulii  
Caesaris, Augusti, Tiberii, et subsequentium Impe-  
ratorum, nec non liberatorem Germaniae Arminium,  
Cheruscorum ducem, et cladem Varianam, tunc ne-  
mo, vt credo, inficiabitur, veritati penitus repugna-  
re, si statuere vellemus, Germanos Quiritium mores  
fuisse imitatos, et ad eorum exemplum testamenta con-  
didisse, cum tamen horum mores et instituta nimium  
in modum adsperrarentur. Accedit, quod testamenta  
non iuris gentium, sed civilis audiant. EMUNDVS  
MERILLIVS in obseruationibus lib. VIII. cap. XXV. pag.  
301. Sic CORNELIVS TACITVS de moribus Ger-  
manorum



*manorum cap. XX.* ita scribit: *heredes successoresque sui cuique liberi: NVLLVM TESTAMENTVM.* HEINEC-CIVS in elementis Iuris Germanici lib. II. tit. VI. §. 141. pag. 472. et in diff. de testamenti factione iure Germanico arctis limitibus circumscripta §. 9. IO. RUDOLPH ENGAV in elementis iuris Germanici lib. II. tit. XXX. §. 472. pag. 487.

### §. XV.

Accedit altera ratio, quod penes veteres Germanos vnicus modus facultates suas in alios transferendi, nimirum pacta successoria, cognitus fuerit; deinde odium implacabile Germanorum erga Romanos, semper fuit impedimento, cur non agnouerunt testamenta Romanorum, quoniam priores animaduerrebant, posteriorum sollicitudines eo rediisse, eos libertate priuandi.

### §. XVI.

Negari quidem non potest, quod, dum Germaniae populi sensim ad fidem Christianam conuertebantur, opesue eorum in dies augebantur, testamentorum usum receperint, praesertim, cum clerici laicis superstitione crassissima obrutis persuaderent, liberalitatem pii corporibus declaratam, testante dem Seelen Baade, in redemptionem et salutem animarum nimis proficuum esse, quibus inducti, factum est, ut testamenta aliaeque ultimae voluntates ipsis per quam placerent. HEINNECCIVS l. c. lib. II. tit. VII. §. 181. pag. 500. WITICHINDVS CORBEIENSIS in annalibus Saxonics lib. I. pag. 641. GOBELINVVS PERSONA in cosmodromo detat. VI. cap. XLIX. GODOFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS in scriptoribus rerum Brunsvicensium

◆ ◆ ◆

sium Tom. I. pag. 289. quae iam dicta, testantibus scri-  
ptoribus modo laudatis, etiam de personis illustribus  
sunt intelligenda, quorum exemplum pedetentim no-  
biles et plebeii sequebantur. Immo supersticio, qua  
laicorum animi obruti erant, tantopere prioribus tem-  
poribus inuasit, ut medio aeuo, ob nimiam erga eccl-  
esiias devotionem, et intentione, supra dictum finem  
consequendi, ad oblationes et legata in fauorem pia-  
rum causarum condita sint progressi. HELMOLDVS  
in *chronico Slavorum lib. I. cap. LXIX.* IO. PETRVS  
de *LVDEWIG in reliquis manuscriptorum tom. II.*  
pag. 267. et *tom. IV. pag. 211.* IO. NICOLAVS HER-  
TIVS de *veteris Germaniae populis opusculorum Vol. II.*  
*P. I. cap. III. §. 16. pag. 32.*

### §. XVII.

Et postquam receptio iuris Romani priuata, quae  
Seculo XI. XIII. et XIV. contigit, immo publica, quam  
Seculo XV. adscribimus, accidit, res eo deuenit, ut  
Germati testamenta, more Romanorum conficere,  
haud erubuerint: ast, quod statuta, consuetudines et  
reliqua iura cuiuslibet loci, regionis et regni, exakte  
sint respicienda, iam iam diximus. de *LVDEWIG l. c.*  
*Tom. IV. pag. 62. 81. 184. et 456.* IO. HENRICVS de  
*FALCKENSTEIN in codice diplomatico antiquitatum*  
*Nordgauensium pag. 52. 68. et 173.* HERMANNVS  
*CONRINGIUS de origine iuris Germanici cap. XXII.*  
*IO. SALOMO BRVNQVELL in historia iuris Romano*  
*Germanici P. III. membr. II. cap. X. §. 6. pag. 390. sq.*

### §. XIX.

Ast, cum prolata non sufficiant, ordo me ducit

B

ad



ad sollemitates internas testamentorum, quorsum idonei heredis institutio absque dubio refertur, quae ita ad testamenta est alligata, ut sine illa talem ultimam dispositionem sub hac denominatione obuenientem nobis concipere nequeamus, et si vera diffiteri nolumus, ad substantiam testamentorum pertinet, AVGUSTINVS  
 a LEYSER in meditationibus ad D. spec. CCCLX. med.  
 I. pag. 660. Iam vero essentialia istius sunt indolis, ut a negotio iis instructo diuelli non possint, per consequens, heredis institutio qua substantiale testamentorum abesse non valer, nisi naturalia cum essentialibus, et testamenta cum reliquis ultimarum voluntatum speciebus confundere cogitemus. §. 34. inst. de legatis. L.  
 I. §. 3. D. de hered. infit. 10. HENRICVS de BERGER  
 in oeconomia iuris lib. II. tit. IV. §. 11. pag. 367. HEI-  
 NECCIVS in elementis iuris ciuilis secundum ordinem  
 institutionum lib. II. tit. X. §. 493. pag. 133. SCHAVM-  
 BVRG in compendio D. lib. XXVIII. tit. II. §. 1. pag.  
 185. ex quibus denuo fluit, quod deficiente herede,  
 siue nolit, siue non possit, testamentum destituatur,  
 in primis, si neque ius accrescendi, neque heredis institutio secunda, qualis est substitutio, deprehenditur. Sub herede intelligimus personam habilem, in uniuersum ius defuncti succedentem cum caractere repre-  
 sentatiuo. L. 24. D. de V. S. et L. 62. D. de R. I. HEI-  
 NECCIVS l. c. lib. II. tit. XIV. §. 534. pag. 146. 10.  
 BALTAZAR de WERNHER in selectis obseruationibus  
 forensibus P. III. obs. 130. pag. 626. BENEDICTVS  
 CARPZOV in definitionibus forensibus Part. III. const.  
 IV. def. 12. num. 3. pag. 46. et in responsis lib. VI.  
 resp. XXVIII. num. 2. pag. 1317. HERMANNVS VUL-  
 TEIVS



11

IUS in consiliis Marburgensibus Vol. IV. cons. XXV.  
num. 153. pag. 419.

### §. XIX.

Antequam vero de differentia heredum agam, quaestio non immerito mouenda est, an testamenta iuris naturalis sint, nec ne? quam, ut adffirmatiue decidi, nullus dubito. Ne vero ratione caream, cur huic deditus sum sententiae, sequentem in modum argumentor: si testamenta cognitionem cum dominio habent, sequitur, vt is, qui libera rerum suarum administratione praeditus est, ipsi que neque natura, neque lex, neque conuentio, aliudue impedimentum obest, ad alienationem rerum, super quibus dispone re valet, descendere possit; iam vero testamenta, salua tamen differentia specifica, cognitionem cum dominio habent: E. is, qui libera rerum suarum administratione gaudet, et ad alienationem progredi potest, tam per aetus inter viuos, quam mortis causa, iura sua in alterum transferre potest, nisi obstacula iam iam notata obstant. Accedit, quod materia de dominio iuris gentium inuentum sit, nunc autem ius gentium est ius naturae ad negotia gentium applicatum, quae de re, dum ius gentium, qua species iuris naturalis, a dominio non abhorret, testamenta autem cognitionem cum dominio habent, consequens est, vt testamenta sint iuris naturalis. Melioris convictionis loco audiamus patrem Doctorum iuris naturalis HVGONEM GROTIUM de iure belli et pacis lib. II. cap. VI. §. 14. pag. 273. ita scribentem: illud quoque sciendum est, cum de alienatione agimus, sub eo genere nobis etiam testamen-

B 2

stamen-



stamentum comprehendendi. Quanquam enim testamentum  
ut actus alii, formam certam accipere possit a iure ciuili,  
ipsa tamen eius substantia cognata et dominio, et eo dato,  
iuris naturalis. Possim enim rem meam alienare non  
pure modo, sed et sub conditione; nec tantum irrevocabili-  
ter, sed et revocabiliter, atque etiam retenta interim  
possessione, et plenissimo fruendi iure. Alienatio autem  
in mortis euentum, ante eam revocabilis, retento interim  
iure possidendi, ac fruendi, est testamentum. SAMUEL  
P VFENDORF in iure naturae et gentium lib. IV. cap. X.  
§. 4. pag. 576. et §. 6. pag. 579. Ex quibus tamen  
conclusionem extorquere non debemus, ac si iure na-  
turali obstricti essemus, testamentum condere, nam  
eo cogitationes meae non redeunt, sed saltim inquire-  
re: num testamenta iuri naturali refragentur, an non? posterius iteratis vicibus negare audeo, addens, quod praeter Romanos etiam Graeci usum testamentorum adprobarent; nec sacrae literae foederis antiqui desuper silent, prout ex Genesios cap. XV. v. 2. sq. et Deuteronomii cap. XXI. v. 16. elucescit, assertaque  
mea eo magis hisce fulciuntur. a LEYSER l. c. spec.  
CCCLI. med. 2. pag. 583. sq.

## §. XX.

Sed ad scopum reuertens, differentia heredum  
sum occupatus, qui vel necessarii vel voluntarii, illi-  
que vel ratione institutionis, vel ratione acquisitionis  
audiunt: respectu institutionis hodie necessarii dicun-  
tur, qui necessario aut instituendi, aut ex iusta causa  
exheredandi sunt. CHRISTOPHORVS PHILIPPVS  
RICHTER in decisionibus P. I. decis. XLI. num. 17.  
pag.

ꝝ +

15

pag. 253. voluntarii vero, qui ex libero testatoris arbitrio instituuntur, et hereditatem, sive adire, sive repudiare, possunt. L. 15. et 16. D. de acquirenda vel amittenda hereditate. Necessarii ratione acquisitionis vero dicuntur, qui sive vellent, sive nollent, tamen heredes existere tenebantur, et in hoc suitas vetus consistebat, quae cum suitate recentiore commiscenda non est: §. 1. et 4. inst. de heredum qualitate et differentia. de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 2. pag. 367.

### §. XXI.

Heredes necessarii iterum in simpliciter tales, quales serui erant, quod genus in Germania plane non agnoscimus, PAVLVS CHRISTINAEVS in decisionibus curiae belgicae vol. IV. decif. XVIII. num. 2. pag. 41., et in necessarios ac suos simul, tam absolutos, quorum liberi et parentes pertinent, quam secundum quid tales diuiduntur, sub quibus fratres et sorores comprehendimus. Intueor rem, prout hodie est ponderanda, nam, quod Romani veteres alias viam ingressi sint, antiquitates quiritariae manifesto docent, quas ulterius sub examen vocare, nec lubet, nec licet. VLRICVS THOMAS LAVTERBACH in collegio theoreti-  
co pratico D. lib. XXIX. tit. II. §. 2. pag. 806. sq.

### §. XXII.

Ast cum suitas antiqua et hodierna iuxta haec tenus delineata, toto coelo inter se differant: ea propter, ne crassos incidamus errores, altera ab altera probe sciungenda erit. Olim enim sui dicebantur, qui sive volebant, sive nolebant, tamen hereditatem adire debuerunt, usque dum praetor in illorum favorem benefi-

B 3

cium



cium abstinenti in §. 2. *Inst. de heredum qualitate et differentia L. 57. pr. D. b. t. L. 49. D. de legatis*, introduxit, quo tamen beneficio praetor non sicutatem, sed necessitatem, se immiscendi, remisit. **LAVTERBACH** l. c. lib. XIX. tit. II. §. 5. pag. 808. qua de re sutas hodierna in eo consistit, quod sui, aut instituendi, aut ex iusta causa exheredandi sint. **de BERGER** l. c. lib. II. tit. IV. §. 14. not. 2. pag. 372.

### §. XXIII.

Heredes sui et necessarii sunt iuxta supra recensita vel absolute tales, ut liberi et parentes naturales et legitimi, vel secundum quid tales, ut fratres et sorores naturales et legitimi: haec, cum ita sint, sequitur, si parentes et liberi sunt heredes sui et necessarii absolute tales, ut sint aut instituendi, aut ex iusta causa exheredandi, atqui, verum est prius, ergo et posterius: e contrario, cum fratres et sorores sint heredes sui et necessarii secundum quid tales, sequitur, ut tunc demum aut instituantur, aut exheredentur, si turpis persona illis est praelata. **L. 27. D. de inoff. testam. de BERGER** l. c. lib. II. tit. IV. §. 17. pag. 382. **de WERNHER** l. c. P. III. obs. 67. pag. 546. et P. XI. obs. 35. pag. 1000. **CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTER** in consiliis P. IV. conf. VIII. num. 3. pag. 33. et in decisionibus P. I. decis. LIII. num. 3. pag. 257.

### §. XXIV.

Heredis institutio, ut basis et fundamentum totius testamenti, est futuri heredis nominatio a testatore verbis directis facta. **LAVTERBACH** l. c. lib. XXVIII. tit. II. §. 1. pag. 705. haec vero est vel prima, quae proprie



prie institutio vocatur, vel secunda, quam substitutio-  
nem vocamus. *a LEYSER l. c. spec. CCCLXIII. med.*  
*i. pag. 688.* quae iterum in directam, tot. tit. D. de  
substitutione, et obliquam distinguitur. tot. tit. D. ad  
Sextum Trebell. de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 18.  
pag. 387. sq. LAVTERBACH l. c. lib. XXVIII. tit. V.  
§. 2. pag. 705.

### §. XXV.

Ab ea differt exhereditatio, quae tanquam opposi-  
tum institutionis, itidem testamentis est propria. §. 3.  
*inst. et L. 7. C. de codicillis. L. 14. C. de testamentis.*  
Sub ea intelligimus, exclusionem a legitima, in testa-  
mento verbis expressis facta, estque vel legitima, quae  
secundum praescriptum legum est peracta, vel illegiti-  
ma, quae legibus non est conformis. 2) vel bona,  
vel mala mente facta. *L. B. de WERNHER l. c. part. I.*  
*obs. 314. pag. 329. a LEYSER l. c. spec. CCCLVIII.*  
*per tot. pag. 640. sq.*

### §. XXVI.

Olim magna diuersitas in instituendis vel exhere-  
dandis liberis obseruabatur, nam sui tantum iure di-  
gestorum aut instituendi, aut exheredandi erant, eman-  
cipatos vero iure ciuili, neque instituere neque exhe-  
redare necesse erat, quia non erant sui heredes, cum  
vero praetor iis bonorum possessionem contra tabulas  
dedisset; et Iustinianus hanc distinctionem sustulerit,  
alia ordinatio enata est, ita, vt praetoris adiumento  
amplius opus non sit. §. 3. *Inst. de exhered. liberorum*  
deinde iure veteri, nec mater, nec auus maternus eos  
instituere debebant, sed silentio praeterire poterant.  
§. 7. *Inst. ibid.* Verum haec omnia sunt immutata per  
Nou.



*Nou.* 115. *cap.* 3., secundum quam emancipati, quemadmodum sui, non solum ad minimum in legitima, vel instituendi, vel ex iusta a legibus approbata causa exheredandi sunt. *a LEYSER l. c. spec.* CCCLVI. *med.* 7. *pag.* 625., sed etiam mater ad hanc necessitatem est adstricta. *LAVTERBACH l. c. lib.* XXVIII. *tit.* II. *§. 4.* *pag.* 706. *SAMVEL STRYK in usu moderno D. lib.* XXVIII. *tit.* II. *§. 3.* *pag.* 731. *sq.*

### §. XXVI.

Circa exheredationem multa quoque iure Nouellarum innovata conspicimus: nam omnis exheredatio hodie secundum ea, quae in *Nou.* 115. *cap.* 3. sunt praescripta, est dirigenda, hinc fieri debet: 1) nominatim, i. e. ex causa a legibus approbata. 2) pure, et non sub incerto pendentis conditionis euentu. 3) simpliciter, i. e. non ex certa re, et 4) ab omnibus gradibus, seu ab omni successione. *LAVTERBACH l. c. lib.* XXVIII. *tit.* II. *§. 6.* *pag.* 707. *ERNESTVS COTHMANN in consilis et responsis Vol.* I. *resp.* XXI. *num.* 160. *pag.* 197.

### §. XXVII.

Cum exheredatione non est commiscenda praeritio. *LAVTERBACH l. c. lib.* XXVIII. *tit.* V. *§. 3.* *pag.* 705. indeque diiudicatur, quando heredes vel absolute, vel secundum quid sui neque instituti, neque exhereditati leguntur. *L. I. C. de posth. hered. instituend.* si igitur liberi a parentibus (exceptis militibus) praeteriti, aut non rite exhereditati sunt, testamentum nullitate laborat, et querela nullitatis impugnatur, mediante qua tam quoad heredis institutionem, quam quoad

quoad legata, et cetera testamenti capita destruitur.  
*de LVDEWIG in consiliis Hallensibus tom. I. lib. I. cons.*  
**CXCII.** num. 20. pag. 491. Cauendum vero est, ne  
recensita querela cum ea, quae in processualibus sub  
hac denominatione obuenit, confundatur, vt pote quae  
medii impugnatorii contra sententias grauantes dire-  
ctis accenseretur, et de qua *Vir Perillustris atque Magnifi-*  
*cus IO. GEORGIVS ESTOR in den Anfangsgründen*  
*zum gemeinen und Reichs-processe P. I. tit. CXXIX. §.*  
1066. *sq. pag. 391.* tam egregie commentatus est; ra-  
tione matris vero obseruandum venit, quod haec in con-  
ficiendis testamentis praeteritione vti possit, cum suum  
non habeat heredem. *L. 4. §. 2. pr. D. de bon. poss. con-*  
*tra tabulas.* Interim tamen a matre semper est adie-  
cienda causa, hac enim non adiecta, ultima voluntas  
non subsistit. *Nou. 115. cap. 3. IO. BRVNNEMANNVS*  
*in commentario ad codicem repetitiae praelectionis lib. III.*  
*tit. XXVIII. pag. 270.*

### §. XXVIII.

Quibus generaliter indigitatis, specialiora nunc  
commemoranda veniunt, et primitus notandum est,  
quod iura, intuitu testatorum, tria media impugna-  
toria subministrant, nimirum querelam nullitatis, in-  
officioi testamenti, et conditionem *ex leg. 30. pr. C.*  
*de inoffic. testam.* qua ad supplementum legitimae ex-  
perimus, quatenus haec portio a legibus determinata  
integraliter non relicta conspicitur, ne itaque testator  
alteri alterique horum mediorum ansam praebeat, re-  
gulae prudentiae postulant, vt ultimam dispositionem  
ita confidere curret, quo laudatis impugnationibus non

C

sic



fit locus. §. 3. *Inst. de inoffic. test.* de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 14. not. 2. pag. 372. et §. 54. pag. 504. LAVTERBACH l. c. lib. V. tit. II. §. 47. pag. 457. de LVDEWIG l. c. tom. I. lib. I. cons. CCCLVII. num. 7. pag. 1131.

### §. XXIX.

Cur vero ista denominationem querelae, non actionis, mereantur, cognitu haud est difficile; modo sub includem vocamus, quod Romanis mos extiterit proprius, vi cuius in sanguinis nexus constituti, erga se inuicem non agebant, sed conquerebantur. Quoties itaque quis austus esset, testamentum sollemnibus a legibus praescriptis contrarium condendi, toties sibi imputare tenebatur, quod in totum corrueret, nam, quod ab initio non valet, ex post facto reconualescere nequit, quodque in thesi defendimus, et regula Catoniana exigit, quam in actibus sollemnibus locum habere, nemo, vt credo, in dubium vocabit. L. I. D. de iniust. rupt. irrit. testam. HEINECCIUS l. c. lib. II. tit. XVIII. §. 580. pag. 159.

### §. XXX.

Haec, quamvis ita sint, tamen cautelae est, vt in concursu horum mediorum impugnatoriorum magis querelam nullitatis, quam inofficioi testamenti, et per quam ad supplementum alterum conuenimus, elegere studeamus. Si enim illam felici cum successu instituimus, tam heredis institutio, quam reliqua capita annexa effectu carent, HEINECCIUS l. c. lib. II. tit. XVII. §. 569. sq. pag. 157. de WERNHER l. c. P. I. obs. XVIII. num. 2. pag. 16. omniaque in eum statum dedu-



deducuntur, ac si testamentum nunquam confectum fuisset, per consequens, heres ab intestato quaevis lucratur, quae heres adeptus esset, si talis permanerit, et si etiam impugnans succumbit, reliqua commoda plane non perdit, quia testatorem iniuria non adfecit.  
a LEYSER l. c. spec. XCIII. med. 8. pag. 306. Istam, si eligimus, inter impugnationem a liberis ac parentibus, et fratribus atque sororibus, in casu, si persona turpis praelata, de WERNHER l. c. P. V. obs. XXXV. pag. 1000. BRYNNEMANNVS l. c. lib. III. tit. XXVII. num. I. pag. 271. est distinguendum: Priori in casu heredis institutio tantum corruit, reliquaque testamenti capita salua manent, cum posteriori contingente, nulla pars testamenti conseruari queat, dummodo Iustinianus, ob nimiam procliuitatem in corrigendo sibi propriam, respectu liberorum et parentum, ius antiquum corrigere sollicitus fuit, quod intuitu fratrum et sororum in casu substrato inemendatum reliquit; et si quis instituta praedicta querela succubuit, quaelibet ipsi adhuc concessa perdit, quoniam iniurius in benefactorem suum exstitit, et dum testator contumeliam sibi illatam vindicare nequit, lex excitatur, quae iniuriosum omnibus emolumenis penitus priuat, de WERNHER l. c. P. I. obs. XVIII. num. I. pag. 16. ideoque mediis valde odiosis et subsidiariis annumeratur. LAVTERBACH l. c. lib. V. tit. II. §. 12. pag. 443. a LEYSER l. c. spec. XCIII. med. III. pag. 302. STRIVIVS in syntagmate iuris civilis ex. X. th. 28. pag. 302. E contrario, quatenus ad supplementum consequendum tendimus, eatenus casus superstrui debet, personas, quibus legitima competit, adesse, et quibus portio a legibus



legibus determinata debetur, haec, si in salvo non est, tertio medio impugnatorio vtendum, ad id, vt quod legitimae deest, suppleatur. Ideoque, his ponderatis, facile est ad intelligendum, quod salua maneat heredis institutio, vltioraque capita adnexa, modo fraudi non sint legitimae, reliquaque rite, et secundum normam legum, sunt formata.

### §. XXXI.

Quod si vero querelam inofficiosi testamenti hoc praesertim spectantem examinamus, quae etiam species hereditatis petitionis vocatur, de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 54. pag. 504. et §. 55. pag. 508. LAVTERBACH l. c. lib. V. tit. II. §. 7. pag. 441. STRVVIUS l. c. ex. X. th. I. pag. 346., disquirendum erit; quare, vndeque hoc nomen accepit. Quod, vt debite intelligamus, praemonendum esse duxi, omne id, quod officiis pietatis refragatur, inofficiosi titulum mereri; HEINECCIUS l. c. lib. II. tit. XVIII. §. 580. pag. 159. LAVTERBACH l. c. lib. V. tit. II. §. 6. pag. 441. si itaque liberi naturales et legitimi, vna cum parentibus rite quidem et nominatim, ast iniuste sunt exhereditati, vel pater, si filius filiaque liberis orbati existunt, praeteritus conspicitur, tunc praedicta querela usum exhibet praestantissimum. HEINECCIUS l. c. lib. II. tit. XVIII. §. 581. pag. 159. LAVTERBACH l. c. lib. V. tit. II. §. 11. pag. 440. Attamen summopere dolendum est, iustiniandum iterum contradictionem in disponendo commisso, quod inde elucet, si liberi et parentes recentitam querelam obmouent, heres institutus, in casu priori, veritatem causae allegatae probare debet, et testa-



testamentum solummodo quoad heredis institutionem validitate destitutur, adeoque id, quod penes heredem permansurum fuisset, exitu caret, et ad impugnantes peruenit: cum, si fratres et forores eadem testationem ultimam impugnant, non solum hi falsitatem causae expressae probare tenentur, sed etiam ne minimum de testamento conseruari poterit.

### §. XXXII.

Si autem mentem ad actionem suppletoriā dirigimus, personam, cui leges mediante legitima fauent, adesse oportet. Huic, aut integra est adducta portio, aut non: si prius, nihil amplius exposcere valet, quia heredes sui in sensu nostro tales ratione huius portionis audiunt, cum respectu reliquorum bonorum voluntarii dicantur: si posterius, ad supplementum ipsis agere permisum est. L. 36. C. de inoffic. testam. de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 55. not. 4. pag. 509. BRVNNEMANVS l. c. lib. III. tit. XXVIII. pag. 273. sq. a LEYSER l. c. spec. XCIII. med. 4. pag. 303. STRVIVS l. c. ex. X. th. 31. pag. 364. VVLTEIVS l. c. vol. I. conf. XXIX. num. 46. pag. 452.

### §. XXXIII.

Diximus, si liberi a parentibus praeteriti sunt, querelam nullitatis locum inuenire, quae, vt clarius pateant, sequentem in modum concludere fas erit: cum praeteritio neque institutionem, neque exhereditationem, tam expressam quam tacitam, constituat, sequitur, vt parentes ita peragentes, legibus contrariantur: quicunque legibus contraria committere audet, ille inualida patravit: iam vero haec postremo

C 3

loco



loco posita nullitate laborant: E. huiusmodi ultima dispositio subsistere nequit, sed, iure optimo maximo, querelae nullitatis obnoxia est, siquidem heredes sui et absolute tales, aut instituendi aut exheredandi, per consequens, haud praetereundi sunt, alias hoc facto nullitas se exserit, et quod semel est nullum, semper pro nullo habetur. *tot. tit. de liber. et posthum. hered. inst. de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 14. not. 2. pag. 372.* HEINECCIVS in consiliis, decisionibus et responsis Tom. I. resp. XXVII. num. 16. pag. 295. *de LVDEWIG l. c. Tom. I. lib. I. conf. LXXXIII. num. 14. pag. 200. et conf. CCCLVII. num. 8. pag. 1131.* Longe aliter ratione militum proprie sic dictorum argumentamur, quorum priuilegia ipsis indulta impedimento existunt, quo minus ita concludere liceat. *de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 5. not. 5. pag. 354. et §. 55. not. 2. pag. 509.* LAVTERBACH l. c. lib. XXIX. tit. I. §. 13. pag. 782.

#### §. XXXIV.

E contrario, si animaduertimus, parentes esse praeteritos, propterea querelam inofficiosi testamenti admittendam esse puto, quia liberi posteris destituti, eo lapsi officiis pietatis omnimodo repugnant, idcirco inofficium quid committunt; quicunque igitur inofficium quoddam patrare haud erubuit, querela inofficiosi notatur, et actus ex hoc capite impugnationi subest, quod querela inofficiosae donationis et venditionis satis superque commonstrant; nunc liberi parentes in testamento praetereuntes, inofficiosi cuiusdam sunt rei, E. eorum testamenta querela inofficiosi testamenti, cum effectibus supra allegatis impugnari queunt.

Accedit



Accedit, quod parentes qua heredes sui et absolute tales, vel instituendi, vel ex iusta causa exheredandi sint, cum itaque neque alterum, neque alterum praedictorum in praeteritione conspiciamus, haec autem regulariter a legibus interdicta sit, per se fluit, liberos, qui parentes in casu superstructo praeterire, nulli dubitarunt, sibi imputare debere, quando eorum dispositio ultima, si parentes illam dicta querela adgredi velint, pro parte effectu caret. Turpissimum enim est, genitoribus pro summis beneficiorum generibus largiter acceptis tantam ingratitudinem declarare velle. 10. NICOLAVS HERTIVS *in diff. de fratribus germani querela in officiis aduersus quoscunque §. 4. opusculorum Vol. II. tom. III. pag. 58.* STRVVIUS *l. c. ex. X. th. 8. pag. 349. et th. 24. pag. 359.* BRVNNEMANVS *l. c. lib. III. tit. XXVIII. pag. 269.*

### §. XXXV.

Sunt quidem multi ex ordine Iectorum, qui plane alii dediti sunt opinioni, existimantes, sententiam a me statutam plane non esse admittendam, multo magis, hoc casu eueniente, testamentum ex capite nullitatis omnes amittere vires. LAVTERBACH *l. c. lib. V. tit. II. §. 12. pag. 444.* sq. ast desuper nihil mutare valeo, nisi differentiam heredum suorum absolute talium confundere, de liberis ad parentes, et a parentibus ad liberos concludere, immo amorem, quatenus ascendit et descendit, pro iisdem assumere cogitarem. Verum, si haec omnia etiam non reperirentur, conclusio euaderet, quod, si liberi praeteriti fuere, universum testamentum coincidat, qualia etiam de praeteritione



teritione parentum arripienda essent, quoniam in  
 troque casu nullitas oriatur, nihilque de isto conser-  
 uari possit. *de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 55. pag.*  
*508. RICHTER l. c. P. I. decis. LI. num. 5. pag. 255.*  
 Attamen quis, nisi in praeiudicium auctoritatis irruere  
 velit, tantis tenebris est obrutus, ut differentiam in  
 sensus incurrentem non animaduertat, istamque a priori  
 demonstrare non possit! Quae, cum ita sint, iteratis  
 vicibus fateor, praeteritionem liberorum a parentibus  
 factam nullitatem efficere, et vniuersum testamentum  
 destruere, cum praeteritio parentum a liberis patra-  
 ta inofficiosi querelam operetur, et heredis institutio-  
 nem solummodo inualidam reddat; qua de re non sa-  
 tis mirari possum, *RICHTER V M l. c. statuere haud*  
*erubuisse, praeteritionem parentum testamentum libe-*  
*rorum ipso iure nullum reddere, et num. 7. ibidem se-*  
*quentibus vtitur verbis: notandum vero, quod annul-*  
*lato ob praeteritionem parentum testamento, legata ex eo-*  
*denu debeantur.* Haec diuersis in locis posita, num co-  
 haereant? plane mihi persuadere nequeo, nam, si  
 nullitas inde nascitur, vniuersum corrue oportet te-  
 stamentum, ideoque et illius partes, quorsum legata  
 in iis relicta pertinent: quod, cum *num. 7.* neget,  
 statim adparet, quid de his dictiōibus dicendum est.  
 Deinde *num. 10.* ibidem asserere nullus dubitauit, praet-  
 eritum a querela inofficiosi testamenti per lapsum  
 quinquennii excludi, idcirco mox nullitatem, mox  
 querelam inofficiosi ex praeteritione parentum eruere  
 tentauit. Ast, quanam consonantia! profecto! si no-  
 stra cuemur, ab hisce erroribus alieni euadimus.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Ne igitur quis autem, ac si enontiata iuribus contrariantur, et a me excogitata essent, admodum necesse est, ut corroborandae sententiae gratia ipsissima L. 14. D. de *inoffic. testam.* verba recitem, quae ita sonant: *Pater filium emancipauit, et nepotem ex eodem retinuit: emancipatus suscepto postea filio, duobus exheredatis, PATRE PRAETERITO, vita deceffit: in quaestione de inofficio*s* testamenti, praecedenti causa filiorum, patris intentio adhuc pendet: quod si contra filios iudicetur, PATER AD QVERELAM VOCATVR, et suam intentionem implere potest.* Quae lex egregie concepta quemlibet conuincet, eam non solum huc collineare, sed etiam secundum regulas iustae interpretationis ita explicandam esse: si pater a filio praeteritus conspiciatur, eum prius querelam inofficio*s* testamenti instituere non posse, quam, si contra liberos exhereditatos iudicatum fuit, hi enim, qua descendentes, ascendentibus quoad successionem praeceadunt, *Nou. 118. cap. 2.*, ideoque pater praeteritus prius querelam inofficio*s* testamenti excitare non valet, quam, si testatoris liberis iuste exhereditati, sua ab iis instituta querela inofficio*s* testamenti non obtinuerunt, nam, quoties illi victoriā reportarunt, toties pater praeteritus illum cum effectu instituere nequit, quoniam, vt supra dictum est, amor potius descendit, quam ascendit, et liberorum in causis successionum, per consequens etiam impugnationum, prior potiorque ratio, quam ascendentium, habenda est. *Quod si vero pater a filio praeteritus est, hicque liberis orbatus deceffit, vel iis praesentibus, iusta contra illos obmota est exhereditatio.*

D

ita,



ita, vt, si quoque querelam inofficiis testamenti instituerint, verum ea propter succubuerint, tunc pater allegata querela, si velit, est audiendus, quia ordo successionis, adeoque impugnationis, ad istum peruenit. *L. I. C. I. L. 14. 15. et 30. D. L. 17. 18. et 34. C. de inoffic. testam. LAVTERBACH l. c. lib. V. tit. II. §. 20. pag. 447. et §. 21. pag. 448. STRVVIUS l. c. ex. X. th. 19. pag. 357.*

### §. XXXVII.

Insistunt quidem plerique iuris peritorum, tam theoreticorum, quam pragmaticorum, autumantes, clausulam codicillarem tanquam herbam betonicam, testamento adiectam, quaenam vitia in illo commissa non solum sanare, sed etiam id in vim fideicommissi conseruandum esse, ac si pater praeteritus a filio filiaeque rogatus esset, vt detracta Trebellianica contentus viuat, et vniuersitatem iuris heredi instituto qua fideicommissario restituat. *Vir Perilliustris HEINRICVS CHRISTIANVS l. b. DE SENCKENBERG in diff. de clausulae codicillaris ineffacia §. 10. pag. 27. ANDREAS GAILL in obseruationibus practicis lib. II. obser. CXXXIV. num. 3. pag. 563. et obs. CXIV. num. 1. pag. 520. ABRAHAMVS KAESTNER in diff. de clausula codicillari §. 6. programmatum class. II. pag. 27. sq. IACOBVS DOERCKES in tr. de clausulae codicillaris tacitae specie seet. II. num. 66. pag. 73. CARPOVIVS lib. VI. resp. CXIII. num. 9. pag. 1539. MATTHIAS BERLICH in conclusionibus P. III. concl. XV. num. 57. pag. 367. HEINRICVS COCCEIUS in diff. de clausulis testamentorum cap. I. num. 43. pag. 12. RICHTER l. c. P. I. decis. LXIII. num. 6. pag. 292. VVLT EIVS l. c. vol. I. conf.*

conf. XXXIV. num. 15. pag. 508. et num. 23. pag. 509.  
 Vol. III. conf. VII. num. 17. pag. 8. LAVTERBACH l.  
 c. lib. XXIX. tit. VII. §. 22. pag. 858. quod in iudiciis  
 quandoque superioribus ita iudicatum fuerit, experien-  
 tia est testis, quo itaque contrarium demonstrem, si-  
 mulque doceam, iudici haud esse permisum, eo pro-  
 grediendi, sequentibus vtor argumentatis.

### §. XXXVIII.

Prius, quam eo descendere licet, iniucundum  
 haud esset, originem codicillorum ex antiquitatibus  
 delineandi, iuxta effatum QVINTI HORATII FLAC-  
 CI in libro de arte poetica vers. 343.

Omnes tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Conf. Vir Perillus et Magnificus IO. GEORGIVS  
 ESTOR in praefatione ad LAVRENTII ANDREAE  
 HAMBERGERI opuscula, de iurisprudentia QVINTI  
 HORATII FLACCI §. 10. pag. 17. verum, dum in  
 istis satis versati mihi otium desuper fecerunt, eam  
 ob rem huiusmodi laboribus supersedere quo: vni-  
 cum addere fas erit, cur circa hanc ultimarum volun-  
 tam speciem Romani diminitium elegerunt; quae,  
 vt clarissimum pateant, praemonendum esse censeo, Qui-  
 ritibus in more fuisse positum, testamenta cognomento  
 codicum designare, cum epistolas a testatore vel codi-  
 cillante, ad heredes testamentarios, vel ab intestato  
 succedentes scriptas codicillos dixerint. Causa impul-  
 sua absque dubio in diuersitate scribendi se fundat,  
 primitus enim tabulas roboreas, eboreas, aeneasque,  
 testantibus legibus duodecimviralibus adhibuerunt.  
 OVIDIVS lib. I. metamorph. v. 19. BRVNQVELL l.c.

D 2

P. I.



P. I. cap. III. §. 7. pag. 40., tractu temporis vero in tabulas cereas scripsérunt, quoniam igitur testamenta in thesi maiorem codicillis illarum numerum exposcebant, codices sunt vocati, et epistolae recensitae, quales antiquitus codicilli exstiterunt, nomen codicillorum propter ea reportarunt, quia longe minor harum tabularum requirebatur numerus, conf. THEOPHILVS l. c pag. 379. sq. HEINECCIVS in syntagmate antiquatum Romanarum lib. II. tit. XXIII. §. 11. pag. 558. sq. GOTTLÖB AVGUSTVS IENICHEN de efficaci mulierum testimonio in codicillis tum Rom. tum Germ. iure. IVSTVS HENNING BOEHMER in diff. de codicillis absque testibus validis-cap. I. §. 3. pag. 5. sq. et 10. TOBIAS RICHTER in diff. de testimonio mulierum in codicillis iure ciuili inualido §. 11. pag. 22. sq.

#### §. XXXIX.

Sed ad legitimū tramitem recedens, inficiandum non erit, quod clausulae codicillari plerumque tanti effectus tribuantur, quos sub examen vocare, veraque a falsis fecernere, et animum mihi constitui. Pro vocare quidem solent aliter sentientes ad communem opinionem, indeque absolutam veritatem extorquere conantur, adeo, ut eam pro lege assūmere cupiant, nec minus sibi persuadeant, iudicem, qui communem opinionem postponere auderet, iurique singulari adhaerere admiteretur, item suam facere, quoniam id, quod a pluribus Doctoribus approbaretur, veritati consentaneum, prae sumendum esset. GAILL l. c. lib. I. obs. CLIII. num. 5. pag. 269. IACOBVS MENOCHIVS de praesumptionibus lib. II. prae sumunt. LXXI. num. 2. pag.



2. pag. 241. sq. verum longe alii sententiae sum deditus, vi cuius communem opinionem prius mihi propriam reddere non cupio, quam, si principiis et analogiae juris conformis deprehenditur. STRYCKIVS l. c. lib. I. tit. III. §. 13. pag. 66. Posteriora, vtrum attributis effectibus clausulae codicillaris conueniant? ex sequentibus patebit.

### §. XL.

Codicillus mihi est, *vltima voluntas citra heredis institutionem directam coram quinque testibus facta, qua heredi vel testamento, vel ab intestato succedenti, a testatore vel codicilliante iniungitur, quid post mortem suam fieri velit, et in testamentarios, principales, seu personae subsistentes, scriptos et nuncupatiuos distinguuntur.* BRVNNEMANNVS l. c. lib. VI. tit. XXXVI. pag. 746. sq. E contrario clausula codicillaris testamentis adiicenda hisce absoluitur verbis: Si testamentum alicuius vitii ac defectus, aut, aliis causa qua dispositio vltima sollempnis subsistere nequit, tamen vel ut codicillus, vel ut fideicommissum, vel ut legatum, vel ut donatio mortis gratia, vel ut alia vltima voluntas, quemadmodum vñquam tam secundum iura scripta, quam non scripta, subsistere potest, valere debet. L. 29. §. 1. D. qui testam. fac. poss. L. 13. D. de inoffic. testam. L. 12. §. fin. de iniust. rupt. irrit. testam. L. 1. C. de codicill. VULTEIVS l. c. vol. IV. conf. XXXV. num. 123. pag. 679. LAVTERBACH l. c. lib. XXIX. tit. VII. §. 17. pag. 855. RICHTER l. c. P. I. decif. L. XIII. num. 4. pag. 292. CAR. P. ZOVIVS l. c. P. III. const. VIII. def. 19. num. 3. pag. 87. BRVNNEMANNVS l. c. lib. VI. tit. XXXVI. pag. 747. DOERCKES l. c. prooem. pag. 1. et sect. II. num. 53.

pag.



pag. 60. de SENCKENBERG l. c. §. 7. pag. 21. et §. 8.  
pag. 23. sq. qui etiam diuisionum desuper receptarum  
mentionem fecerunt, quas, ut satis cognitas silentio  
praeterire licebit.

### S. XL I.

Quibus praemeditatis, ad rem ipsam me accingere curabo, et ne confuse peragam, iusta methodus desiderat, ut praesertim indigitare adlaborem, quales virtutes communis cohors interpretum clausulae codicillari assignare consueuit, quorum reputare non erubescunt, quae supra §pho XXXVII. iam designata animaduertimus, existimantes, fauorem testamento rum non solum maximum euadere, de SENCKENBERG l. c. §. 2. pag. 2. et 10. KLEIN in diff. de testatore cauto praefat. num. 7. pag. 4. sed etiam in dubio testamentaria magis conseruanda esse, quam, ut quaevis eo dirigantur, quo pereant. Priora obtinerentur, si clausulae codicillari, tanquam emplastro vniuersali, praeditos effectus adscribere, haud deditiagnati essemus, cum iuribus obuiam eamus, si posterius eligeretur. BOEHMER in consultationibus et decisionibus P. I. resp. CLXXXVIII. num. 20. resp. DCL. num. 30. resp. DCCXXXIII. num. 15. et P. II. resp. DCCXCVIII. num. 32. resp. DCCCXXVII. num. 22. resp. DCCCLXVIII. num. 16. nec non resp. MV. num. 11. sq. de SENCKENBERG l. c. §. 2. pag. 2. IO. IACOBVS de ZWIRLEIN in diff. de fauore ultimarum voluntatum §. vlt.


### S. XL II.

Vlterius obrectatores insurgunt, et defendere solliciti sunt, dictam clausulam codicillarem sequentis roboris

boris esse, ut testamentum, in quo heredis institutio penitus omissa legitur, in vim fideicommissi sustineatur. *de SENCKENBERG l. c. §. 10. pag. 27.* Sed his non contenti, vltterius progrediuntur, sibi concipientes, testationem vltimam conseruari debere, etiam si pater in iis praeteritus conspiceretur, *de WERNHER l. c. P. I. obs. CCLXXIX. pag. 299. et obs. CCCXIV. pag. 413. de BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 36. not. I. pag. 444. BOEHMER l. c. resp. DCXLVI. et DCXLII. num. 32. STRUVIVS l. c. ex XXXIV. th. 61. pag. 312.* 10. *a SANDE in decisionibus Frisiacis lib. IV. tit. II. def. 2. pag. 374. et tit. IV. def. 10. pag. 400. CARPZOVIUS l. c. lib. VI. resp. VII. num. 7. pag. 1261. BRVNNE-MANNVS l. c. lib. VI. tit. XVIII. pag. 725.* quibus adduat, testamentum etiam tunc sustinendum, si mediante querela inofficiosi testamenti impugnatum deprehenderetur. *CARPZOVIUS l. c. lib. VI. resp. VII. num. 7. pag. 1265.* sed quis non animaduertit, quod his assumitis praedictae clausulae tales vires assignentur, quorum ope quaelibet vitia sanari, aequa ac purgari queunt.

### S. XLIII.

Attramen iustissimis causis sum instructus, quare recensitis omnimodo adstipulari haud possum: quo itaque eluceat, quid concedere, et in quibusnam diffentire valeam, ea de re opera preium est, vt propositiones struantur, medianibus quibus conuicti secedimus, quinam effectus proprie clausulae codicillari competant, quinam vero non? altera illarum ita sonat: clausula codicillaris testamento adiecta tunc demum de vtilitate est, si defectus in sollemnitatibus externis se mani-



manifestat, quo casu existente, non quidem tanquam testamentum, sed ut alia ultimarum voluntatum species conseruatur, modo requisita vnius alteriusque earum a iuribus praescripta obseruata reperiuntur. de SENCKENBERG l. c. §. 10. pag. 19. et KAESTNER l. c. programmatum class. II. pag. 27. cum altera sequentis sit tenoris: quoties respectu testamenti defectus in voluntate testatoris, vel in eius persona, vel intuitu heredis sese exserit, toties clausula codicillaris nullius est momenti, nullosque gignit effectus, alias in eosdem errores incidere, quos ratione supra recensitorum notaui, simulque statuerem, quod adiumento huius clausulae, ultimum elogium a legibus reprobatum sustinere, testatorem inhabilem idoneum, et heredem inidoneum, habilem reddere possemus. Ast eo excurrere velle, tum iura, tum eorum principia maximopere inhibent, quam veritatem ipse BERGERVS l. c. lib. II. tit. IV. §. 36. not. 2. pag. 444. sq., aliquie, illum imitantes, agnouit. vid. LAVTERBACH l. c. lib. XXIX. tit. VII. §. 19. pag. 857. de LVDEWIG l. c. Tom. I. lib. I. conf. CXXIV. num. II. pag. 303. BOEHMER l. c. lib. II. resp. DCLI. num. 34. et resp. DCCXXIII. num. 5. RICHTER l. c. P. I. decif. LXIII. num. 18. pag. 293. COTHMANN l. c. vol. V. resp. X. num. 333. pag. 276. de SENCKENBERG l. c. §. 14. pag. 33. et DOERCKES l. c. sect. II. num. 33. pag. 48. sq.

#### §. XLIV.

Quae haetenus enucleata quemlibet docebunt, meam sententiam ita non esse comparatam, ut allegatae clausulae omnem vim ac potestatem adimere vellem.  
Fateor,

Fateor, istam de aliquali vtilitate esse, verum, nemo me, prout spero, coarguet, quando opinioni penitus non fundatae me eximere conor, quae legibus non responderet. Ne autem applicatio ad casum desit, eum sine mora communicare, desinam. Ponamus itaque, Meium ex legitimo matrimonio filiam nomine Sticham produxisse, haec ad viri potentiam peruenta Titio nupsit, antequam vero pater moritur, Sticha liberi naturalibus atque legitimis destituta, ante subsequentam mortem testamentum condit, et in eo maritum suum heredem ex asse nominat, patrem adhuc viuentem ne verbulo quodam ibi exprimit, clausulamque codicillarem adnectens obitu suo confirmat. Aperto testamento pater Meius admodum conqueritur, quod a filia sua Sticha omnimodo praeteritus, et gener Titius successor vniuersalis sit factus, cum tamen ad numerum heredum suorum absolute talium collocaretur, ideoque ad minimum in legitima institui, vel ex iusta causa exheredari debuisse, neutrum, cum factum sit, praeteritio autem neque institutionem, neque exclusionem inuolueret, grauatum se sentiebat, indeque disquirebatur; vtrum testamentum a filia cum praeterritione patris confessum sustineri valeret, nec ne? Qui communis opinioni accedere non deditiagnati erant, adfirmative iudicarunt, et refugium in adiuncta clausula codicilliari quaequierunt, opinantes, illam tanti esse valoris, ut testamentum non quidem qua testamentum, sed in vim fideicommissi conseruandum esse, ac si Sticha Meium rogasset, ut detracta portione competente, hereditatem restituere haud desinat, quo id, quod directo subsistere non valeret, ob singularem

E

fauorem



fauorem vltimis voluntatibus adtributum, per indire-  
ctum sustineatur.

### §. XLV.

Qua de re, vt dicerem, quid de eo sentiam, non possum non ingenue fateri, mihi longe alia placcere, nam I) adest defectus in voluntate, vt pote quae normae a legibus praefixa conformis esse tenetur. II) in testatore, nimirum Sticha, quae Meuium praeterire studuit, quod iterum iuribus contrariatur. III) in herede, qui tanquam heres suus, vel institui, vel ex iusta causa excludi debuisset, ideoque nec hoc consenteum cum legibus existit; nunc autem nemo ex ordine priuatorum efficere potest, ne illae valeant, L. 30. et 32. C. de testament. de SENCKENBERG l. c. §. 11. pag. 31. et 32. E. altera propositio in spho XLIII. prolata obstat, et impedimento est, quo minus clausula codicillaris attentionem meretur, et emolumento esse potest.

### §. XLVI.

Accedit, IV) quod praeteritio parentum iuxta supra delineata minime querelam nullitatis, sed inofficii testamenti producat, idcirco heredis institutionem corruere oportet. V) Ipsimet ICti, quos §pho XLIII. recitauit, et communis opinioni alias applaudunt, veritatem horum assertorum suam fecerint. VI) leges ipsae repugnant, imprimis si L. 13. D. de inoffic. testam. et L. 36. D. de legatis III. consulimus, VII) penuria quoad interpretes non inueniatur, quibus sententia arridet, testamentum, in quo pater praeteritus est, clausula codicillari lucra captare haud posse. GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLF in obseruationibus forensibus P. I. obs. XXIX.

XXIX. pag. 86. CARPOZOVIVS l. c. P. III. const. IX.  
 def. 12. pag. 98. BERLICH l. c. P. III. concl. XV. num.  
 59. pag. 377. de SENCKENBERG l. c. §. 10. pag. 28.  
 KAESTNER l. c. §. 10. pag. 29. KLEIN l. c. cap. IV.  
 num. 19. sq. pag. 59. et VIII) GAILL l. c. lib. II. obs.  
 CXIV. num. 9. pag. 521. verbis notatu dignissimis v-  
 titur, ex quibus satis superque cognoscimus, quois-  
 que iuris periti in applicatione clausulae codicillaris  
 sunt lapsi, dum isti tantos adtribuere conantur effectus,  
 et ita se habent: communiter huic CLAVSVLAT CODICILLARI  
 NIMIVSCVLVM tribuunt, quae hodie magis ex confuetudine  
 notariorum, quam perite, vel ex testatoris voluntate,  
 aut dispositione, apponitur testamentis, cuius efficaciam  
 neque ipsi notarii, neque etiam testatores intelligent.  
 Quapropter clausula non debet esse TANTI MOMENTI, ut  
 posthumum ignoranter PRAETERITVM accepta sola legitima  
 a successione paterna excludat. Quas locutiones, si per-  
 pendimus, ICtus laudatus non sine ratione sufficiente  
 errorem communem perstrinxit, et dum liberi aequo  
 ac parentes heredium suorum absolute talium classi ad-  
 numerentur, nemine forsitan haesitante, in eo conue-  
 nient, quod praeteriri nequeant, cumque praeteritio  
 intuitu liberorum reprobetur, cur non etiam respectu  
 parentum, qui cum illis, quoad hoc punctum, aequo  
 equalibus et reciprocis iuribus pollent. Nec aduersan-  
 tur, quae de fauore ultimorum voluntatum renitentes  
 nuncuparunt, nam vnicam quaestionein formare licet:  
 vtrum praedictus fauor tanti sit momenti, ut propter  
 ea legibus contraria apprehendere liceat, et illi, qui  
 iuribus quaevis gaudent, periclitentur, istaque citra  
 eorum voluntatem adimantur? Priora, vt eligam, nun-



quam mihi persuadere possim; ne igitur iniusticias  
notas incurrerem, legibus, principiis et analogiae iu-  
ris aduersantia apprehendere sollicitus sim, imposte-  
rum quoque posteriora sequi curabo.

### §. XLVII.

Tandem adhuc supereft, vt debite quoque per-  
uestigare studeam: num iudici transubstantatio testa-  
menti permitta sit? h. e. utrum testamentum ob adie-  
ctam clausulam codicillarem, in quo filia secundum  
casum superstructum patrem praeterit, in fideicom-  
missum mutari queat? Quam quaestionem non absque  
ratione benigna negandam esse puto, et sequentem in  
modum demonstrare annitar: Extra omnem dubita-  
tionis aleam positum est, quod negotia a iuribus agni-  
ta suam habeant substantiam, ex qua iudicari, et a re-  
liquis, sive affinitatem et similitudinem inter se, sive non,  
ostendunt, secerni possunt, quae, cum ita sint,  
sequitur, vt testamenta, legata, fideicomissa, codi-  
cilli cet. eadem praedita sint, haec substantialia praesente  
negotio etiam adsunt, nullamque immutationem tole-  
rant, nisi velimus, vt penitus corruat, vel in aliud  
simile degeneret, quinimmo naturalia et essentialia tur-  
piter confundantur. Ne itaque praedicta contingant,  
summopere necesse est, vt iudex vna cum partibus  
exactissime perpendat; an eo discedere permittum sit,  
an non? Priori in casu sibimet ipsis imputent, quando  
turbata substantia actus ea gaudens, in alium converti-  
tur, vel plane tollitur, e contrario, si postremum e-  
mergit, omnimodo infiior, quod iudici ad transsub-  
stantiationem progredi liceat; iam vero, si leges per-  
scruta-

scrutamur, adparet, quod praeteritionem patris, a liberis in testamento factam praecise interdicant, E. iudex cerebrina quadam aequitate ductus, testamentum propter adiectionem clausulam codicillarem in fideicommissum flectere nequit, sed si a patre mediante querela inofficiosi est impugnatum, heredis institutionem corruere oportet, alias iudici liceret, legum normam inuertere, et pro lubitu de casibus obuenientibus disponere, cum tamen ut sacerdotem iustitiae, non autem tanquam legislatorem se gerere debeat.

### §. XLVIII.

Quae iam dicta, ne probatione legitima egeant, ad Nou. 115. cap. 4. prouocare, est integrum, cuius pronuntiata tanti sunt ponderis, ut veritas delineatorum sine ambagibus, et difficii peruestigatione in oculos incurrat, et ita se habent. *Sancimus igitur, NE LIBERIS PARENTES SVOS PRAETERIRE, vel eos QVOCVNQVE MODO a rebus suis, in quibus potestatem testandi habent, PLANE EXCLVDERE LICEAT, nisi causas, quas enumerabimus, in testamentis suis specialiter scripserint:* Quibus ponderatis, duo occurunt, quae exactissima contemplatione digna sunt: I) quod Iustinianus in his libris correctoris seu suppletoriis, quales Nouellae nuncupantur, praeteritionem parentum absolute prohibuerit, contra quam interdictionem nullus iudicantur sententiam ferre valabit, nisi sapientior ipso legislatore esse, vel leges latas abrogare vellet. II) Locutio quocunque modo imprimis respicienda sit, qua nihil aliud, dum generaliiter concepta est, indicatur, quam ut liberorum officia incumbentia, eo redeant, ab omni praeteritione absti-



abstinendi, per consequens, nec clausula codicillaris  
tantae efficaciae esse poterit, vt illa negotia per indire-  
Etum conseruare studeamus, quae leges certo certissi-  
me reprobarunt. Qua de re haud video, quomodo  
communis opinio a me sufficientibus argumentis notata  
defendi, et applicatio iuxta eam sine crassissimis erro-  
ribus fieri poterit. Coronidis loco responsum hic col-  
lineans annexere licebit, quod, *Vir Perillustris atque  
Magnificus Pro cancellarius huius Vniuersitatis longe cele-  
berrimus, patronus et praeceptor ad cineres usque deuener-  
randus IO. GEORGIVS ESTOR consulentibus dedit,*  
mihiique, quod gratissimo pectore nunquam non ag-  
noscam, perquam beneuole communicauit, data li-  
centia, id specimini huic inauguali adiiciendi, siveque  
se habet:

### Rechtliches Bedenken:

Als mir nachstehende geschichts- erzählung nebst  
zwoen fragen zugeschickt, und darüber meine in den  
rechten begründete meinung gebeten worden ist: dem-  
nach erachte ich nach deren fletscher verlesung und ge-  
nauer erwegung, für recht:

**Ge-  
schichts-  
erzählung.** Hat Titius sich an die Sticham verheiratet, solche  
ehe aber wenige jahre gedauert; Ist darauf Sticha in ei-  
ne krankheit verfallen, und unter beiden eheluten, weil sie  
keine Kinder in solcher ehe erzilet, vermittelst unterschrift  
fünf zeugen ein reciprocus testament aufgerichtet worden,  
daciune jedoch von ersagter Sticha nicht nur ihr leiblicher  
vater übergangen, sondern auch ihre schwester ererbet, je-  
doch obangeregtem testamente die codicillar clausul an-  
gehängt worden, daß, wo es nicht als ein zirliches  
testa-

testament, dannoch als eine schenkung unter den todten, oder ein fidicium, vermaechtnis, oder, wie es sonst auß bestle geschehen konne, gelten mochte, mit dem zusah, das Titius ihr ehemann von ihr zum erben eingeschet seyn solle, daher gefraget wird:

- I) ob vermöge der codicillar clausul dieses testament fragen.  
der Stichä für zu recht beständig zu achten sei?
- II) ob es nicht vilmehr für nichtig zu erklären wäre?

Ob nun wohl, was die entscheidung der ersten frage an-  
gehett, bekannt ist, daß die codicillar clausul in einem ernst-  
lichen willen des testirers bestehet, und dahan gerichtet  
sei, daß, wenn das von ihm errichtete testament zu  
recht nicht beständig seyn sollte, dennoch er seine erben  
ab intestato ersuchet haben wollte, solches wenigstens  
als ein codicill, oder ein fidicium, oder eine schen-  
kung unter den todten zt. zu beobachten, est enim clau-  
sula codicillaris expressio enixa voluntatis testatoris,  
testamentum in casum deficientis sollemnitatis legalis,  
codicilli iure valere cupientis:

SAMUEL STRYKIVS in der disputation de clau-  
sula codicillari tom. I. dissertationum num. 7. pag.  
335.

und wenn auch schon der testirer solche clausul nicht  
verstanden, sondern nur derjenige, welcher den lehnen  
willen aufgesetzet, sothane clausul für sich hinzugesfü-  
get hätte, nichts destoweniger dieselbe ihre wirkung  
habe,

CHRISTOPHORVS HEINRICVS FREIESLE-  
BEN in dem Schützio illustrato lib. XXIX. tit.  
VII. not. 2167. pag. 362.

VLRICVS

60

VERICVS THOMAS LAVTERBACH in dem  
collegio theoretico practico D. lib. XXIX. tit. VII.  
§. 18. pag. 856.

STRYKIVS am a. o. num. 24. pag. 337.  
so gar, daß sie alle innerliche und äußerliche mängel  
eines testaments heile,

STRYKIVS am a. o. num. 85. sq. pag. 341. und  
in den cautelis testamentorum cap. XXIII. §. 39.  
am e. pag. 1034. imgleichen in den annotationi-  
bus ad Lauterbachium lib. XXIX. tit. VII. pag.  
782.

NICOLAVS CHRISTOPHORVS de LYNCKER  
in den analectis ad Struuij syntagma iuris civilis  
lib. V. tit. II. §. 36. pag. 103.

WOLFGANG ADAM SCHOEPF in den decisioni-  
bus Tubingensibus decis. CCLIII. num. 9. pag.  
257.

IO. BALTASAR L. B. de WERNHER in den  
selectis obseruationibus forensibus P. II. obs.  
CCCCXIV. pag. 413.

10. NICOLAVS HERTIVS in den decisionibus vol.  
II. decis. DLXXXV. num. I. pag. 257.

IO. HEINRICVS de BERGER in der oeconomia  
iuris lib. II. tit. IV. §. 36. not. I. pag. 443.

IUSTVS HENNING BOEHMER in den consulta-  
tionibus et decisionibus vol. II. P. I. conf.  
DCCXVIII. num. 20. und conf. DCCLVI. num.  
5. 8. 9.

wenn auch ein vater sein kind zum erben nicht einge-  
setzt hätte:

STRY-



STRYKIVS am a. o. num. 80. sq. pag. 340. und  
in dem vſu moderno D. lib. XXIX. tit. VII. §.  
12. pag. 877.

wozu noch komme, daß die testamente in den rechten  
eine solche gunst hätten, daß ein richter zu deren auf-  
rechterhaltung alles vorkehn müsse,

L. 10. pr. D. de inoffic. testam.

L. 12. D. de reb. dub.

L. 1. C. de SS. eccles.

AVGVSTINV S a LEYSER in den meditationibus  
ad D. spec. CCCVII. med. 7. pag. 238.

welches alles dahier um so mehr anschlage, je unsaug-  
barer es sei, daß fünf zeugen beim gegenwärtigen leh-  
ten willen zugegen gewest wären;

STRYKIVS in dem vſu moderno D. am a. o. §. I.  
pag. 862.

ob auch wohl, in anschung der schwester, es schei-  
nen möchte, daß diser die querela inofficiosi zu stat-  
ten komme,

HERTIVS in der disputation de fratrib germani  
querela inofficiosi aduersus quoscunque seit. II. sq.  
opusculorum Vol. II. tom. III. pag. 95.

Dennoch aber und di:weil in rechten gar zu klar ver-Entschei-  
sehen ist, daß diejenige kinder, so das befugnis ha- dungs-  
ben, einen letzten willen zu stiftten, auf den fall, da Gründe.  
sie ein testament errichten wollen, ihre noch lebende  
ältern entweder ausdrücklich zum erben einsetzen, o-  
der dieselbe nahmentlich unterben sollen:

F

Nou.



*Nou. 115. cap. 4.*  
Sancimus igitur, ne liberis PARENTES SVOS  
PRAETERIRE, vel eos NB. QVOCVNQVE  
MODO (E. nec per clausulam codicillarem)  
a rebus suis, in quibus potestatem testandi ha-  
bent, PLANE EXCLVDERE liceat, nisi cau-  
fas, quas enumerabimus, in testamentis suis  
specialiter scripserint,

SAMVEL de COCCEIVS in iure controuerso lib.  
V. tit. II. quaest. 26. pag. 43.

LAVTERBACH am a. o. lib. V. tit. II. §. 39. pag.

529.

IO. ORTWIN WESTENBERG in den princi-  
piis iuris D. lib. V. tit. II. §. 14. pag. 238.  
folglich es ungereimt seyn würde, wo jemand den  
ausdrücklichen willen des gesäßgebers durch künste-  
leien vereiteln wollte, sondern ein jeder, so ein testa-  
ment zu errichten vor hat, solches in der vom Kaiser  
Justinian fürgeschribenen art notwendig thun muß,  
auch den juristen, als dienern und auslegern der ge-  
säße, nicht ansthet, das sie durch ersonnene list dem  
klaren gesäße ausweichen, und dieses ungültig machen  
wollen, vilmehr dergleichen handgreifliche und berüch-  
tigte Capollische fündgen einem ächten ausleger der  
gesäße nicht geziemien, derowegen allerdings an deut  
ist, dass die codicillar clausul die tunerliche und we-  
sentliche mängel eines testaments nicht heilen kan, sa-  
nat quidem ista clausula vitia extrinseca et accidentalia  
testamenti, quae committuntur contra sollemnitates et  
iuris apices, non vero vitia intrinseca et essentialia,  
quae oriuntur v. g. aut ex inhabilitate testatoris, aut  
ex

ex neglectu formae, in nouella CXV. praescriptae,  
quapropter, si parentes in testamento filiae praeteriti,  
nihil operatur clausula codicillaris, sed testamentum  
corruit quoad heredis institutionem,

L. 25. D. qui testam. fac. poss.

L. 3. D. de vulg. et pupill. substit.

WESTENBERG am a. o. lib. XXIX. tit. VII. §.

18. pag. 774.

IO. IACOBVS WISSENBACH in den exercitatio-  
nibus ad D. disput. LIX. §. 20. pag. 623.

VLRICVS HVBERVS in den paelectionibus ad In-  
stit. lib. II. tit. XXV. §. 4. pag. 246.

TOBIAS BARTH in dem diffensu in praxi XCII.

§. I. pag. 124.

BENEDICTVS CARPZOVIVS in den definitioni-  
bus forensibus P. III. const. IX. def. 12. und allda  
ESBACH pag. 412.

CASPAR MANZIVS de testamentis validis et inua-  
lidis tit. VIII. quaest. 2. num. 294.

DIDACVS COVARRVVIAS in cap. Raynut. 16.

X. de testamentis §. I. num. 4. und 8.

DE WERNHER am a. o. P. I. obs. CCLXXIX. pag.  
299.

folgsam gegenwärtiges testament offenbar inofficio-  
sum ist,

L. 14. D. de inoffic. testam.

IO. GOTTLIB HEINECCIVS in elementis D. lib.

V. tit. II. §. 52. num. 4. pag. 203.

mithin dieses, so vil die einsetzung des erben betrifft, zu  
recht nicht beständig, und also dem vater wider seinen  
tochtermann als vermeintlich eingesetzten erben die

F 2

querela



querela inofficiosi testamenti allerdings zu stattem  
kommt,

**HEINECCIVS** am a. o. §. 59.  
wobei jedoch nicht zu vergessen, daß sothanes testament  
nur in ansehung der erb-einsehung aufzuheben, hin-  
gegen die vermaechtnisse und fideicommissen bestehen  
bleiben,

**Nouella** 115. cap. 3. am e. und cap. 4. §. 9. am e.  
nicht minder voraus zu sehen ist, daß von der Stichen  
ableben noch keine fünf Jahre verflossen sind, auch der  
angebliche erbe die verlassenschaft besitze, als auf wel-  
chen fall in ansehung der nutzungen die hereditatis pe-  
titio mit der querela inofficiosi zugleich angestellt, und  
also geberen werden mag:

Dass das in frage gekommene testament, so vil  
die einsehung eines erben betrifft, aufzuheben,  
auch beklagter die sich angemaste erbschaft vermit-  
telt eines zu recht beständigen inventariens, oder,  
in ermangelung dessen, einem eidlichen verzeich-  
nis, klägern nebst den eingehobenen nutzungen,  
als wovon er rechnung abzulegen, auszuhändigen  
schuldig, darüber das milderichterliche amt re.

**QVIRINV S GOTTFRID SCHACHER** in dem col-  
legio practico D. lib. V. tit. II. pag. 84.

**BOEHMER** de actionibus sect. II. cap. III. §. 38. pag.

203.

dassern aber der vermeintliche eingesechte erbe im besitze  
der Stichen verlassenschaft sich nicht befinden sollte, die  
bitte in ansehung der ausantwortung und nutzungen  
weg bleiben müste;

**SCHACHER** am a. o.

übrigens

übrigens eine schwester, wenn ihr keine schändliche ver-  
son im testamente fürgezogen worden, die querelam  
inofficiosi anzustellen, nicht befugt ist;

L. 27. C. de inoffic. testam.  
WESTENBERG am a. o. lib. V. tit. II. §. 17. pag.

239.

So erscheint dannenher so vil:

„ dass der vater der verstorbenen Stichā, nicht  
„ aber deren schwester die querelam inofficiosi we-  
„ gen des in frage gekommenen testaments anzus-  
„ zustellen, auch von seinem tochtermannie die  
„ aushändigung der verlassenschaft nebst den er-  
„ hobenen nutzungen, jedoch, so vil dise anlan-  
„ get, nur nach maasgebung des tit. D. de heredit.  
„ petit., zu suchen berechtigt ist.

Auf die zwote frage berichte ich für recht: dass, ob es Ille frage.  
wohl das anschen gewinnen möchte, was massen ge- Zweifels-  
genwärtiges testament für nichtig anzusehen sei, ein- gründe.  
folglich dem vater die querela nullitatis zustehe; quo-  
ties enim testamentum est nullum, toties querela inof-  
ficiosi non est opus, adeoque liberi sui a patre praete-  
titi potius querela nullitatis vtuntur:

L. 1. D. de iniust. rupt. et irrit. testam.  
indessen dasjentge, so bey kindern rechtns wäre, auch  
den ältern wider der kinder testamente zu statthen kom-  
men müsse, bevorab ein großer unterschid zwischen der  
querela inofficiosi und nullitatis sich vorfinde, anerwo-  
gen bei jener die erb-einschzung nur, bei diser aber das  
ganhe testament, als nicht gemacht, dahin falle:

HEINECCIVS in den elementis ad Instit. lib. II.  
tit. XVII. §. 571. pag. 157.

Alldie-



Entschei- Alltieweil aber Papinian im  
dungs- L. 14. D. de inoffic. testam.  
gründe.


ausdrücklich meldet, daß, wo ein vater von seinem  
kinde im testamente vorbei gegangen worden, nur die  
querela inofficiosi platz finden sollte;

HEINECCIVS in den elementis D. lib. V. tit. II. §.

52. num. 4. pag. 203. und in den elementis ad In-  
stit. lib. II. tit. XVIII. §. 582. num. 3. pag. 160.

„ So mag gegenwärtiges testament mit bestande  
„ für richtig nicht ausgegeben, sondern es muss  
„ dasselbe vermittelst der querela inofficiosi, als  
„ unrechtmäsig, angeklaget, und vom richter, so  
„ vil die erb-einschzung betrifft, aufgehoben wer-  
„ den. A. V. R. W.

Urkundlich rc.



Marburg, Diss., 1756-63





B.I.G.



Br. 56. ~~miss~~ 241.  
5  
1758, 2.

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE  
**TRANSVBSTANTIATIONE  
TESTAMENTORVM  
IVDICIBVS HAVD PERMISSA**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO**  
HASSIAE LANDGRAVIO ET PRINCIPE  
HEREDE  
DIVINIS AVSPICIIS  
CONSENSV  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
PRO GRADV DOCTORIS  
CONSEQVENDO  
ACADEMIAE PROCERV M EXAMINI  
DIE II. FEBRVARII CICICCLVIII.  
SUBMITIT  
AVCTOR  
**IOANNES GVILLELMVS FRANCKE**  
BREITENBACENSIS HASSVS.



MARBVRGI CATTORVM  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI  
ACAD. TYPOGR,

